Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1843
Quelle:
Copyright:

cipi ſuo Clementiſſimo. Authore M. Joanne Ziegelio Conſtantienſi. Prioris Epiſtolae Titulus et initium: *Eccleſia Catholica Chriſto Jeſu Sponſo Suo.*

Littera noſtra petit, ſoleat quæ ferre ſalutem,
Scribat amatori ſiqua puella ſuo. &c.

Adverſa ſua et calamitates praecipue a *Turcis* illatas carmine non ineleganti exponit, opemque poſcit. Alterius Epiſtolae Titulus et initium: *Chriſtus Jeſus Eccleſiæ Catholicæ Sponſæ Suæ.*

Quid, mea Sponſa! iuuat ſcripto miſiſſe querelam,
Cum tua jam ſcires me mala noſſe diu. &c.

Poſt amicas exprobrationes, quas inter et illa:

Diuitiæ creuere tuæ creſcentibus annis.
Principium vitii res fuit illa tui.
Quo magis argento, gemmis, auroque nitebas,
Hoc animi Virtus eſt tua facta minor.

auxilium addicit. De Autore *Ovidio*, ut adparet, innutrito nil reperio. Elegias ſuas multis impreſſis potiores elucubratus videtur ante annum 1526. quo *Ferdinandus* regiam *Bohemiae* coronam adeptus eſt.

CCCCLXIII.

677 Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 281. 4. complectitur Sacrarum Dictionum Adumbrationes manu *Friderici Nauſeae*, antequam ad *Viennenſes* Infulas promoveretur, in chartam conjectas, eisque geminas, quas alibi produxi. Chorum ducunt Homiliae *XII. contra Anabaptiſtas*, quarum fronti adſcriptum eſt: 1537. *per me Collectę et prędicatę in Eccleſia Cathedrali ſpirenſi.* Incipiunt vero: *Qui crediderit et baptiſatus fuerit ſaluus erit: Qui non crediderit condemnabitur. Mat. vltì. Duo exprimit dominus cuique ſaluando neceſſaria* &c. Ceterarum elenchum Vir laboriosiſſimus in anteriore *Codicis* Theca ipſemet purpura texuit. Quaedam annos praeferunt, puta 1537. 1538. *Fol.* 37. haec de Anabaptiſmo legas: *Huius erroris auctor noſtro ſeculo Doctor Balthaſar Hiebmeyer ex Friedberg. Neque is in eadem materia et ſententia perſtitit, qui et aliquoties aſſerebat cum pelagianis infantes peccatum originale non contraxiſſe et ideo ſaluantur, aliquoties dixit regnum celorum paruulis minime deberi. Vltimo priusquam*